

galibus ad Evangelicas non valet consequentia. Mandata Evangelii sunt duo; unum de pœnitentiâ salutari, alterum de fide in Christum *Marc. I. 15.* Promissiones Evangelii potissimum sunt duæ; una de justificatione gratuitâ, altera de hereditate vitaæ æternæ. *Rom. I. 17. I. Ioh. 2. 25.* Committatio Evangelii est de infidelium Christo non obtemperantium condemnatione *Iohan. III. 18. 36.* Mandata legis sunt duo; fuge malum, & fac bonum *Exod. 20.* ubi commemorantur præcepta negativa & affirmativa: quæ tamen revocantur ad unum dilectionis mandatum *Math. 22.* Promissio legis est, quod vitam æternam promittit cui liber homini sub conditione propriæ obedientiæ *Math. 19. 16.* Committatio ejus est, quod mortem æternam minatur transgressoribus *Dent. 27.* Hinc patet cur non licet argumentari à lege ad Evangelium, & contraria. Nimirum lex nobis est impossibilis, quantum ad rigidum postulatum accinet.

**IV.** *Ab eventu Evangelii adventitio ad illius finem non licet argumentari.* Finis ipsius est, ut sit potentia Dei ad salutem cuivis credenti, atque odor vitæ ad vitam *Rom. I. 16. 2. Cor. 2. 16.* Eventus adventitus est perditio infidelium: quibus illud est odor mortis ad mortem proprio ipsorum vitio.

**V. Max-**

d humani  
pastorum  
tri Euas.  
respecu  
magistra  
magistra  
elii no  
oniz.  
  
In non con  
sum. Ra  
ponit h.  
z. Ibilei  
gratitu  
illa pe  
gellum.  
eadob  
entatiu  
es voca  
Illisof  
nis agi  
com  
gnâle  
galibus